dientia iniuncta[a] exigat. Nullius[b] sororis vox alta in monasterio audiatur. Nulla[c] opus aliquod[d], etiamsi bonum videatur, sine permissione[e] prioris agere praesumat[f], nichil dare aut accipere sine permisso[g] abbatissae, sed[h] nichil habere proprium, nisi quod abbatissa[i] dederit aut permiserit. Abundet[k] unicuique in cibo vel potu vel vestimento, quantum regula[1] ministrare permittit; que[l] autem plus habere voluerit[m] occasionem contra se occulti hostis nostri excitare pertimescat[n]. Nulla[o] alii[p] aliquod praeteritum vel turpe peccatum improperet. Prior[q], si viderit negligere inferiorem, corripiat eam[r] prius[s] inter se et illam[t] semel, secundo et tertio, de levioribus tamen[u] culpis. Nam[v] si de aliquibus gravibus, quae opere vel studio impetrantur, contigerit, statim emendare oportet secundum regulam[2], et[w] quam castigare vult non frangat, sed magis leniter solidare studeat secundum qualitatem negligentis, quia sepe in[x] deterius vertitur membri fractura, quando[y] incaute ligatur. Pro immundis et[z] nocivis cogitationibus semper ad confes- (fol. 101′) sionem recurrat[a]: melius[3] est enim, ut diabolum accusemus quam nos, quia, si semper manifestamus iniquas eius suggestiones, minus nos nocere poterit. Humiliter[4] respondeant[b] sibi invicem sorores. Cito[c] ad oratorium, audito signo, hora canonica recurrant, cum gravitate tamen; gravitatem enim in omni actu suo gerant. Non contendant omnino[d] et[e], si contigerit, que[f] prima

---

a) 'iniuncta] uuiuscuiusque' B. b) 'Nullius — audiatur] vel licentiam impetraverint' B. c) 'Nulla] Nullum' B. d) 'aliquod' deest B. e) 'permissione prioris] iussione' B. f) 'praesumant' B. g) 'permisso abbatissae] iussu abbatis' B. h) 'sed nichil] nec' B. i) 'abbatissa] abbas' B. k) 'Abundet — permittit] non debet aliud unicuique in cibo et potu vel vestimento dari quam regula praecipit' B. l) 'que] qui' B. m) 'voluerit] desiderat' B. n) 'pertimescat] non pertimescit' B. o) 'Nulla — aliquod] Nullus alteri aliquid' B. p) 'alii] alie' M. q) 'Prior — inferiorem] si senior viderit iuniorem delinquere' B. r) 'eam] eum' B. s) 'prius' deest B. t) 'illam] ipsum solum' B. u) 'tamen] tantum' B. v) 'Nam si — regulam] quia a gravioribus, si contingat aliquid perpetrari, statim secundum regulam emendetur' B. w) 'et quam — negligentis] et qui alium vult castigare leviter solidare studeat secundum qualitatem neglecti' B. x) 'in fractura] fractura membri deterius frangitur' B. y) 'quando] quae' B. z) 'et — cogitationibus] cogitationibus et nocivis vel ineptis loquutionibus' B. a) 'recurratur' B. b) 'respondeant — sorores] sibi invicem respondeant fratres' B. c) 'Cito — gerant] Hora canonica audito signo cito ad orationem recurratur et' B. d) 'omnino] de aliquo' B. e) 'et si] quodsi' B. f) 'que prima] qui prius' B.

1) Vgl. Reg. Bened. cc. 34. 39. 40. 55. 2) Vgl. ebendort c. 25. 3) 'melius est — poterit' aus unbekannter Quelle. 4) Zu 'Humiliter — alterius fiat' vgl. Mem. Bened. p. 68.